LIBELLUS DE VARIIS GENERIBUS CARMINUM EX ANTIQUIS COLLECTUS, &...

Martinus Stephanus




FRANCISCI SCALÆ DOCTORIS THEOLOGI AD encomium sui Magistri Martini Stephani Doctoris phi. Carmé dicolon.

Grammatici cupidi Martinum occurrite nostrū
Lucida Grammaticæ principia iste tulit.
Eius iam nomen currit per sidera cœli:
Est miles fortis, qui bona multa dabit.
En tibi Gerundæ sua iam modo fama triumphat
Hoc Stephano magno per poliendo rua.

V. Margalef com. S. Officij inqui.

V. Thomas March. R. V.



AVDITORIBVS ILERDENSIBVS ADMONITIO BREuis, & de conficiendis Carminibus perelegans excogitatio à Martino Stephano Grammatico, Philo. Doctore profecta.

HIC poëticę artis iuuenes admonitos esse volo, & in generibus Carminum exercitati sint ipsi per se, aut (quod aiunt) suo Marte in facillimis, & breuissimis; atque hoc egregium consilium Murmelius vir doctus mea quidem sententia reliquit immortalitati consecratum. Non videretur hic admonendum de fugienda Barbarie & impolita vocabulorum multitudine: nisi prepostera quorumdam preceptorum festinatione iuuenes nondum primis syntaxeos preceptis satis imbuti ad Carmen raperentur, & barbaricum admitere necesse est, quod ęgrè molesteque fero. Ea

imprimis sunt vitia procul fugienda, & ad exteras nationes releganda, ordinis perturbatio, obscuritas, asperitas, & orationis poëticę hiatus, & alia, quę ad ista reuocãtur plane. Discite prius igitur pueri in oratione ligata & soluta vitare Barbaricum sermonem, perturbationem ordinis, ineptam coniungendorum distractionem, quæ parit obscuritatem maximam, in dicendo & scribendo maximum vitium, item hiatum, asperitatem, & orationem ligatam inconcinnam, dissolutam, & minimè sui similem. Ea deindè fugite in versiculis faciendis, cauete, nequid in oratione libera, aut Carmine, vel desit, vel redundet, nequid sit dissipatum, aut á suo loco peregrinum & alienum. In supèr amate argenteos & aureos versus, qui dactylicis & spondaicis abundant, pedibus mistis: euitate veró leoninos, in quibus plures dict iones sunt eadem cõsonante terminatę, & syllaba incipiente, vt ille.

Inunc

I nunc, & verbis virtutem illude superbis
O Tite tute, tibi tanta tyranne tulisti:
O, fortunatam. &c.

PRætereà vos iterum admonendos esse iudicaui nihil in re Poëtica sine imitatione bonorum autorum profici, nullumque tempus fructuosius, quam illud quod in lectitandis optimis Poëtis consumitur. Quamobrem legendi sunt creberrimè Poëtæ, quorum perspecta est & probata sapientia, & singuli versiculos digitis, & apta modulatione cura metiendi, verbis omnibus diligenter enucleatis, ponderata syllabarum quantitate, nec sine lectione Poëtica ad scriuendum in arenam descendatis vnquam. Perlectis autem diligenter, & benè cognitis versibus eius generis, vel Hexametri, Pentametri, aut mixti, Sapphici & Adonij, Iambici, Phe-recratij, Phaleutici, quos vos ipsi facere possitis, numeros memoria tenebitis, & mox collecta verborum copia, genioque

Carminis noto, similia Poëmata canere onis auibus incipietis. Vtiliter Horatius nonet in arte Poëtica, vt Poëta aliquod criptutus argumetū suo ingenio idoneū eligat, & materiam viribus ęquam & pa em, mox apto Carmine scribēdam, & re us quadratem. Tum potenter, & pro viri-ns delectam, & bene excogitatā ordine oetico disponat, & presente facundia erbis electis, interprete lingua, fluxu de-urrente exornet: ita loquitur.

Sumite materiam vestris, qui scribitis æquam
Viribus, & versate diu quid ferre recusent,
Quid valeat humeri. Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

Postremò, vt finem faciā, diligēter idem oema sępe sub incude reuocatum casti-et, diuque supprimat: quod quidem mihi fficilimum omniū hoc tempore videtur. alete plurimum, Martinumque vestrum ligite, ex museo Ilerdensi. xv. Kal. Sep-mbris Anno 1589.

DE

DE VARIIS GENERIBVS CARMINVM.

VT tyrunculi melius multo Cacumen poëticę artis comparent, sunt erudiendi, & informandi in generibus facilioribus Carminum probante Murmelio viro docto:

Carmen Adonium.

CArmen hoc dictum est à poeta Adone quo carmine lusit, & cecinere poetæ satis cordati & periti: constat duobus pedibus, Primo dactylo, Secundo spondæo, Pes autem dactylus tribus constat syllabis, prima longa, & duabus breuibus, vt tempora, carmina. Pes autem Spondæus duabus syllabis constatur ambabus longis: vt mentes, montes: vt videre est in hoc exemplo de Gallorũ rege, vt doctos foueret.

Optime princeps,
Dilige toto
Pectore doctos.

Aliud exemplum ex Seuerino Boetio petitum.

Nubibus atris
Condita nullum
Fundere possunt
Sydera lumen.

Thura tulerunt
Aurea Christo,
Et quoque myrram
Munera regi.

Carmen Archilochium.

ARchilochium Carmen dictum est a poë ta hoc nomine gaudete: & componitur ex duobus pedibus ambobus dactylicis: & in extremo Cæsura. Quid autem sit dactylus dictum

dictum est. Cæsura syllaba est vna & sola: & in hoc genere Carminis est in extremo loco.

Carmina disce puer,
Nocte dieque vaca
Surgat honore decus.

Carmen Alcmanium.

CArmen Alcmanium ita à primo Inuentore vocatum, quo genere Carminis lætatus est Prudentius Poeta Christianus: Quando ipse laudes Eulaliæ Cantat. Castant tribus pedibus omnibus dactylicis, & in fine Cæsura, & Semipede. Quid dactylicus pes, quidque Cæsura diximus.

Germine nobilis Eulalia,
Mortis & indole nobilior.
Emeritam sacra virgo suam:
Cuius ab vbere progenita est.
Ossibus ornat amore colit.

Carmen Iambum dimetrum.

Amborum genera plura sunt, & notaua, de quibus postea dicemus: nunc vero de dimetris Carminibus, quæ faciliora sunt. Dictū est Iambum à pede frequētiori Iambo. Cōstat quatuor pedibus: Primo & Tertio Iambo vel Spondęo: Secundo & Quarto Iambo Pes Spōdæus quid sit diximus. Iambus vero duabus syllabis conflatur Prima breui & secunda longa: vt pedes. Et hoc genere delectatus est Prudentius pōéta: vt.

Ales diei nuntius,
Lucem propinquam præcinit,
Nox excitator mentium.

Te lucis ante terminum.
Vexilla regis prodeunt.

Carmen dimetrum Iambum.

HOc genus Carminis idem est cum superiori, & proximo, cuius est eadem Compositio. Dicitur Catalecticum; Quia huic syllaba deficit in fine, & extremo. Igitur erūt tres pedes, & in extremo veluti Cęsura, quo delectatus est pōēta Prudentius isto pacto,

Ades

Ades pater supreme,
Quem nemo vidit vnquam.

Carmen Pherecratium.

PHerecratium vocarũt á poeta Inuentore primo, & constat pedibus tribus; quorum Primus Spōdęus est, Secundus Dactyus, Tertius Spondæus, quo genere delectatus est Poeta Horatius primo libro Carminum.

Grato pyrra sub antro.
Nigris æquora ventis,
Spirat nescius aura:
Suspendisse potenti.

Glycomicum Carmen.

HOc genus vocarunt Poetę à Inuentore Glyconico sic dicto. Constat pedibus, tribus: Primus pes Spondęus est. Secũdus Coriambus. Tertius pyrrichius siue Iãbus; Pyrrichius constat duabus syllabis breuibus. Pes Coriambus ex quatuor componitur syllabis; quarum prima & vltima sunt

lo ngæ

ongæ quę vero medię sunt breuientur, quo
enere delectauit animum Poeta Horatius.

Sic te diua potens cypri
Ventorumque regat pater.

Carmen Phaleucium, siue Phaleuticum.

Ex qninque pedibus componitur, quorum primus Spondęus est. Secundus dactylus, & tres postremi trochęi: ex quibus syllabis constent isti pedes satis proclama um in superioribus generibus Carminum. Cecinit autem Tibullus poeta.

Passer delicium meæ puellæ
Fœlix Tarraco fructuosæ vestris.

Carmen Asclepiadeum.

Hoc genus Carminis duobus nominibus gaudet, aut enim vocitarunt Asclepiadeum, aut Coriambicum: Asclepiadeum ab inuentore primo: Coriambicum à pede frequentiori merito nominarunt. Cuius structura, & compositio est huiusmodi. Constat qua-

quatuor pedibus, primus Spondęus est, & duo post Coriambici, & extremus Pyrrichius est, siue lābus. Qui sint illi pedes, præter Pyrrichium proclamatū est. Pes ergo Pyrrichius duabus cōstat syllabis omnibus breuibus: vt Deus.

Mœcenas atauis edite regibus.
O, & pręsidiū, & dulce decus meū
Sanctorū meritis Inclita gaudia

Carmen Sapphicum.

HOc genus Carminis, vocitarūt à primo inuentore, & huius quædā Puella iuuentrix fuit, eius compositio est eiusmodi. Cōstat quinq̄ pedibus, quorū primus, Trochęus est, secūdus Spōdæus: Tertius dactylus, quartus & quintus Trochaici. Quid pes Trochæus. Quid Spondęus & dactylus satis clamauimus in superioribus generibus Carminum. Cuius paradigma est.

Nocte surgentes vigilemus omnes
Sēper in psalmis meditemur, atq̄
Viribus totis domino canamus
Dulciter Hymnos.

Et annexū habet Adoniū, & quid sit diximus.

Car-

Carmen Pentametrum.

QVis inuentor huius Carminis ſit, periculoſum eſt, & incertum vaticinari: hunc propoſito cecinit Poeta Horatius in ea epiſtola artis Poeticæ ad Piſones familiares ſuos.

Quis tamen exiguos elegos emiſerit autor.
Grammatici certant, adhuc ſub iudice lis eſt,

GRæci primas tribuunt partes Callimacho: tamen arduum eſt. Ergo Latini & Græci Grammatici inter ſe contendũt & certant de primo Inuentore. Hoc genus Carminis componitur ex pedibus quinque, dictũ eſt á πεντε, quod eſt quinque apud nos, & metrum, quod eſt mẽſura, Quocirca quinque menſuris conſtat & pedibus, Pedes ſunt huiuſmodi; duo priores omnes dactylici ſunt & Cęſura longa, vel Spondæi, & Cęſura lõga vel mixti; deinceps poſteriores neceſſario Dactylici & in extremo Cęſura longa. Igitur priores duo pedes, & poſteriores totidẽ efficiunt quatuor pedes, & duæ Cæſurę longæ efficiunt Spondæum pedem, quo pacto erũt quinq̃ pedes, Poeta Ouidius ſic Cecinit.

Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni,
Ars mea quam genui tẽpus in omne vale.

Car-

Carmen Hexametron.

HExametro, vt plerique grammatici volunt, dictum ab Hex, quod est sex latine & metron Græce q̄ est mensura: ea de causa, si velimus verbum verbo reddere. Quidem sex mensuris constat quas pedes vocāt Alij regiones dicūt; prima regio, primus pes quarta, quartus pes; quinta, quintus pes. Fulcitur & componitur ex duobus generibus pedum, nempe ex dactylo, & Spondęo quos pedes abundè repetiuimus. Sic enim locantur: isti sex pedes: Quatuor enim Dactylici omnes vel Spondaici, aut duo priores dactylici, & duo post Spondaici, aut vice versa, vt vnico verbo expediam. Quatuor primi pedes indifferēter dactylici vel Spondaici esse possunt. Quintus pes semper dactylus, quanuis aliquando proceleumaticus: vt Poëta Virgilius secundo Aeneidos.

Aedificant, sectaq; intexunt abiete Costas.

PEs proceleumaticus, abiete, ex quatuor syllabis constat omnibus breuibus, qui pro dactylo constituitur, qui constat ex quatuor temporibus: per raro Proceleumaticus pro Dactylo ponitur: semel aut iterum factum est in Poëta Virgilio: quo genere Carminis Hexametri plurimum, delecta-

delectauit animum Poeta Virgilius; qui cũcta ferè opera in isto genere conscripsit. Hoc est exemplar.

Post quã res Asiæ, priamique euertere gentem;
Arma virũque cano: Troiæ qui primus ab oris.
Ac prior: heus inquit iuuenes mõstrate mearũ
Humano capiti ceruicẽ pictor Equinam.
Sẽper honos, nomẽque tuũ laudesque manebũt.

Hactenus de Carminum Generibus; vsus plane plura suppeditabit.

FINIS.

Rim de Iosep Cassany al Autor son mestre.

Doctor sabent, iamay pora saber,
ni mestre bo, nopot ben ensenyar:
Si sabenalo, que ha de guardar
del gran Marti, Steue nom caser.
Lleyda dira lo, seu gentil fauor.
Gerona te, la penyora tan rara,
Barcelona, aquest Doctor te ara,
Pus es, subtil docte de gran primor.

Iosephus Stephanus ad amantissimum Doctorem.

Martinum celebrant musæ, est & docta Minerua
In Sicoris Ripa iam monumenta canunt;